



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puella paralytica & mente capta in integrum sibi restituitur Cheruiam
perducta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

PVER MIRACVLOSE PER B. VIR

*ginem praeservatur à periculo mortis, propria
eius matre eundem B. virgini pe-
regrinum deuouente.*

CAPVT XXXVII.

ANno 1584. Martij die 25. in pago Sebur-
censi in quo requiescit corpus S. Drie-
donis. Antonius Cordarius puer annos decē
natus, vi torrentis inundantis abreptus est, ac
per triplicem cataraetam impetuosè est deuo-
lutus: matre interim tota gembunda eū sem-
per prosequente, quo vsque ipsa deuouens B.
Cheruiensi filium suum peregrinum, cum vn-
dosis extraxit aquis versus pagum Seburquia-
num. Tum autem infans in hæc verba excla-
mare cepit: heu, quantus me timor inuasit?
Affirmans nihilominus quandam dominam
vultu habituque candidam semper inter me-
dias vndas suum tenuisse ac sustentasse caput.

PVELLA PARALYTICA ET MHN.

*te capta in integrum sibi restituitur Cher-
uiam perducta.*

CAPVT XXXVIII.

EOdem anno quo suprà, Maij die primo
Valencenis Cheruiam adducta est, quæ-
dam puella parœchiæ Sancti Nicolai, habi-
tans

tans in eiusdem vrbis suburbijs, membris suis in totum perclusa & paralytica, quin etiam mente parum sana: qua: Cherua coram imagine B. Mariæ præsentata, extra seipfam sine sensu, sine motu rapta est. Postea verò perducta vt tertio ædiculam circuiret, perfectè conualuit, & nunc optimè valet. Eius inscripto tabellam.

CAPTIVI ADMODVM MIRACV-

losè liberantur, pijs votis ad B. virginem confugientes.

CAPVT XXXIX.

ANno quo supra, Octobris 14. Martinus Lausnoy à Sillino agrum suum seminabat, tempore quo Bruxellenses Regiæ maiestati rebelles inter Lensum & Iuabium discurrentes prædas quas poterant facere, interceperunt hominem quendam cubicularium Domini Mastannij cum quodam nobili dicto à Ternis, famulo dicti Domini: Illis autem à præda redeuntibus ad propria, iniecerunt manus in dictum Martinum Lausnoy & eius filium, equis etiam eius furtivè abductis: quos omnes carceribus mandaverunt, & incluserunt in fortalitio Anderlequiano. Miramur verò hisce angustijs oppressi dormitabant, verum omni cū humilitate sese precibus Patronæ miserorum commendabant: eorum verum est vt sub mediam noctem se mutuo hortarentur.